

nonnulla de castis, opidis atque ^m iurisdictionibus eiusdem comitatus
antea ad ius Coloniensis ecclesie ⁿ iure directi videlicet dominiū perti-
nentia ab eadem ecclesia ^v in feodo descendebant. Et ut huiusmodi
donatio prefati comitatus pro firmitate subsisteret stabilitate, ipse
comes cessit personaliter dicto comitatui ^l adhuc vivens, dimittens
realiter possessionem castrorum et terrarum et omnium bonorum
ipsi comitatui pertinentium Coloniensi ecclesie supradite, reci-
piens pro commutatione cessionis ^p huiusmodi alia certa bona
ecclesie, ad estimationem reddituum atque proventuum ^s ipsius
comitatus, videlicet nobile castellum Brade cum suis pertinentiis
et nonnullis aliis proventibus atque redditibus ^s certis ad vite-
ductum eidem comiti assignatis, retentis dumtaxat prefate comi-
tis quibusdam castellis et bonis pro suo dotaliis in dicto comi-
tatu pro ipsius viteducta. Idem ^t quoque comes paucis postea super-
stes annis vita decessit, donatione quidem prefati comitatus ipsius
obitu taliter confirmata. ¹

+ cod. 7: Qui quidem superstes postea paucis annis in pace quievit, sepultus
in ecclesia S. Petri Coloniensis.

m) et 4.4.4." n) Coloniense 4.4.4." p) comitatu 4.4.4." q) n) prov. atque redd. 2. s) redd. 2.

1) Finis cod. 1 et 4. Add. 4: Fredericus tercius. Theodericus. Probertus. Hermannus. In

cod. 4" sequitur continuatio usque ad initia pontificatus Philippi II.